

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Disputationes Chirurgicæ Selectæ

Haller, Albrecht von

Lausannæ, MDCCLV.

VD18 90538943

Tabula Disputationum Quae Quarto Tomo Continentur.

urn:nbn:de:gbv:45:1-16605

TABULA DISPUTATIONUM
 QUÆ QUARTO TOMO CONTINENTUR
 CONTINUATUR PARS QUARTA.

XCIL.

- A**BR. VATERI & C. ANTONII ZIEGENHORN *Observationes rarissima generationem calculorum in corpore humano illustrantes* Witteberg. 1726. Quæ ad calculos felleos spectant, huc equidem non pertinent. Sed calculi involucri membranaceo excepti, ureteribus vacuis, vesicæ antè affidentes, & calculi inter usum aquarum pyrmontanarum subito quasi nati omnino recenseri merentur. TAB. XXVI. p. 1
- XCIII.** EJUSD. & AUG. SCHULZE *de calculis in locis insolitis natis & per vias insolitas exclusis* Witteb. 1741. Calculorum, ut videtur, biliariorum historia, qui per ulcus inguinis excreti sunt. Cæterum minus plenam propriis experimentis disputationem collectio fati utilis alienarum observationum excusat. p. 17
- XCIV.** HERMANNI FRIDERICI TEICHMEYER & PAULI PHILIP. SCHELER *Disp. de sectione & felici curatione calculi vesicæ exulcerata adherentis* Jenæ 1738. Memorabilis curatio beati fœceri, qui calculum, cum ulcere vesicæ conjunctum, & quantum videbatur adherentem, feliciter extraxit, membranaque vesicæ decedente tamen feliciter sanavit, & mense non integro elapso sanitas reparata fuerit. p. 33
- XCIV.** J. GUIL. FRID. JAHN *de insolita calculi ingentis per scrotum exclusione* Witteberg. 1750. Sponte, nulla arte medici, facta calculi quinque unciarum eruptio in scrotum, absque incommodo aut superfluo vitio sanata. p. 47
- XCVI.** CAROLI DANIEL FISCHER *de calculo vesicæ urinarie in urethram impulsio & singulari encheiresi absque sectione exempto* Erford. 1741. Primo fellei calculi post solita mollimina exitum: deinde calculum in urethra hærentem, terebella perforatum, hinc contractum, & varia alia calculorum exempla refert. Idem de calculo ex aquis tophaceis roto, de efficacia vinorum acidorum ad generandam podagram, de calculo absque vitio renum & vesicæ, varia notatu non indigna profert. p. 67
- XCVII.** PETRI TARIN, nam iste auctor est, *brevis epistola ad D. Guattani de lithotomia* Paris 1748. 4. Lithotomum hæcenus perfecit, ut & incurvus sit & sub apice excisus. TAB. XXVII. p. 91
- XCVIII.** MATTHIÆ ERNESTI BORETII & MICHAEL FRID. TEN-

TENNIGS *de operatione alti apparatus* Regiomont. 1723. Novam eo tempore atque Londini visam DOUGLASII junioris administrationem describit, qua vesica aqua repletur, cultello falcato inciditur, digitifque aperta sustinetur, dum lapilli educti sint. Felices etiam eventus testis prædicat. Lateralem, quam a Ravio & Denysio exerceri videbat, minus probat, quod vesiculae feminales incidantur, calculus major difficillime evellatur. p. 95

XCIX. LAURENTII HEISTERI & J. GEORGII FRID. WEISE *de alto adparatu* Helmstad. 1728. auctor est cl. WEISE. Historiam novae methodi exponit, in instrumenta piura animadvertit, & recta scalpella curvis præfert, quorum alterum globulo munitum est; curationem, quæ difficillima pars hujus operationis est, & saepe omnino medici vires superat, sollicitè exponit: curationes Heisterianas plures describit, felices duas, duas infelices. In duabus frustra tentata sectione laterali HEISTERUS ad hypogastricam confugit. Altera adherentis, & in orusta vesicæ tunicae innata fundati calculi, in fene mortem non evitavit. Tertia in puero denuo felix, ultima absque injecta aqua, uti prima etiam a morte excepta est, nullo tamen administrationis ipsius vitio. Inde commoda alti adparatus ornat, eumque reliquis præfert. TAB. XXVIII. p. 105

C. JAC. BEN. WINSLOW & CL. TH. GUIL. GUILBERTI *de PREVAL* theses sub hac verborum serie, *An ad extrahendum calculum dissectanda ad pubem vesica?* Paris 1752. eadem est, quam jam anno 1635. prælide NICOLAO PIETRE defendit PETRUS LE MERCIER, & quam nolui in hac collectione desiderari. p. 148

CI. PHILIPPI DAVID DE BREVILLE & FRANCISCI FELICIS COCHU theses in hæc verba, *An educendo calculo cæteris anteposendus altus adparatus?* Paris 1734. Cum laterali & magno confert, & præstare ostendit. p. 151

CII. LAURENTII HEISTERI & J. GUIL. ILSEMAN *de lithotomia CELSIANÆ præstantia & usu* Helmstad 1745. De apparatus parvi historia ex Cello præloquitur, eum, contemptum a Gallis, vindicat, rationibus & felici exemplo administrationis in juvene 19. annorum peractæ, cautelas inde varias addit, Celsi præcepta supplet & emendat, laudat quod non egeat catherere, quod facillior, & simplicior sit, quod calculum cervici vesicæ impactum sola expediat, quod dilatacionem vesicæ non requirat &c. Forcipem autem administrationi addit. TAB. XXIX. p. 157

CIII. CAMILLI FALCONET & PETRI ISAACI POISSONIER *Diff. in hæc verba, An educendo calculo cæteris anteposendus apparatus lateralis?* Paris 1744. eruditissima, totam historiam variarum administrationum, quibus calculus eximitur continet, lateralem vero vehementer commendat. p. 195

- CIV. J. HENRICI KESSELRING *historia & examen methodi Foubertianæ pro extractione calculi* Hall. 1738. Edoctus a Fouberto accurate tradit instrumenta modumque, quo vesica aqua repleta super acuna triquetram gracili scalpello aperitur, felicibus imprimis experimentis excitatus. In narratione DRANIANORUM conatum, ad novam aque Foubertianæ (solum scalpello diversam vesicæ incisionem absque cathetere molendam, hactenus KESSELRINGII, egregii viri, historiam corrigere oportet, ut omnino etiam in vivis hominibus a DRANIO, tunc hospite nostro, nova encheiresis tentata sit, bis enim ipse testis adfui, simul senior PETITUS, MALAVALIUS aliique. Verum non is exitus fuit, ut bonum virum desiderium teneret iterandi experimenti. Ægré vesica inventa est, & quæ alia incommoda hic premo, ne clar. & bene de chirurgia merito Collegæ obrectari videar. Præterea, ut ad clar. KESSELRINGIUM redeam, CHESELDENII administratio describitur, qualem testis ipse viderat auctor: denique commoda methodi Foubertianæ exponuntur, evitatio catheteris, firmitas acus triquetræ, quæ scalpellum ducit, incisio ipsius vesicæ. Verum etiam de iis, quæ catheteris usui obstant, de vitiis Foubertianæ methodi & periculo, ne omnino vesica non subeatur, noster agit; deque ejus denique commodo ex necessitate orto, quoties catheter subire renuit. TAB. XXX. N°. I. p. 211
- CV. JACOBI TRANT & HENR. FRANC. BOURDELIN *Ergo ad extrahendum e vesica calculum diversa pro re nata debet usurpari chirurgia.* Paris 1734. Vitia omnium administrationum & commoda exponit, & credit, cuique suum locum esse suasque conditiones, quibuscum profuit. p. 259
- CVI. AUGUSTI FRIDERICI PALLAS nostri olim auditoris, *Diff. de variis calculos secandi methodis* Leid. 1754. Expositis variis calculi educendi modis, in omnibus lateralibus, quas vocant, operationibus carpit, quod non satis amplo vulnere vesica aperiatur, neque absque laceratione calculus educi queat. Sed etiam in CATIANO instrumento improbat, quod non omnis dilatatio evitetur, quod vesicæ incisio deorsum dilatetur, non absque periculo vulnerandi recti intestini, quod neque tunc satis amplum vulnus fiat, & quod aliena denique vesicæ sedes lædi queat. Neque Angli chirurgi forcipem laudat, in qua culter latet, quem ipse calculus expellit, sibi que viam aperit. Adeo enim periculosa hæc administratio est, ut ipse auctor eam candidus suppresserit. Inde THOMÆ chirurgi Parisini methodum describit. Utitur autem FULBERTI fere incisione, instrumentis vero magis ad F. JOHANNIS DE S. COSMO genium factis. Sed & ipse, dum temere in distitam vesicam instrumentum impellit, bis a vesica aberravit, neque operationem absolvit. Denique & potissimum chirurgi Londinensis HAWKINSII instrumenta & incisionem describit, qui

qui ægro in situm horizonti parallelum disposito, cutem, adipem, musculos, prostatam, vesicam, consuetis fere ferramentis aperit. Deinde super catheterem instrumentum immittit, quod & forcipem ducat, & scalpello, quod habet, severissimæ aciei, sinistrorsum; & versus latus ischii sursum vesicam pergit aperire, prioremque plagam continuat, sinisterius tamen, ut plaga nova angulum cum priori vulnere sursum acutiorem, deorsum obtusorem intercipiat. Ostendit denique hanc Hawkinsii methodum præstare omnibus, amplam & in vesica quidem viam aperire, (cum in correctione illa nupera Gallica apparatus magni, tamen orificium & collum vesicæ dilaceretur magis quam incidatur) & aditum patulum dare ad totam vesicæ caveam & nihil denique lædere, quo servato opus sit.

p. 269

CVII. CL. THOM. GUIL. GUILBERTI DE PREVAL & HENR. J. MACQUART Disp. *Ergo scalpello vagina recondito cystitome lateralis perfectior* Paris 1754. Defenditur hic celebre F. JOHANNIS DE S. COME instrumentum, & modus quo adhibetur, & præfertur omnibus. Situs etiam horizonti parallelus laudatur. Iconem adjeci, quæ desiderabatur, voces vero gallicas retinere malui, cum facilius intelligantur quibuscunque, quas latinas substituerem. TAB. XXX. N^o. 2.

p. 311

CVIII. ADOLPHI WEDEL *de liquore non corrosivo lapides tamen duriores absumente* Jen. 1720. nempe liquore cui cortex quernus infusus fuerit, quem casu aliquo vidit marmor erodere.

p. 325

CIX. J. HENRICI SCHULZE & J. E. GRABERGII *An dentur medicamenta, quæ calculum in vesica imminuant?* Hall. 1734. Exempla curationum AUGENIANARUM, quæ vel millepedum ope peractæ sunt, vel, ut nosse mavult credere, olei vitrioli: epistolam raram GUILLELMI LAUREMBERGII, qua historia propriæ sanationis continetur; denique curationem a DIPPELIO, oleo vitrioli dulci, ut creditur, peractam enarrat. Hujus nos liquoris, alias ob causas, vim magnam, diuturno usu, neque absque levamine ebibimus.

p. 329

CX. GEORGII DETHARDING & E. W. SCHAUMKELL *de calculo vesicæ friabili* Restoch. 1729. Exemplum narrat hominis, qui post pulverem, nimis compositum, lamellas varias calculosas egressit, non eo minus in vesica superstite lapillo. Ea occasione de medicamentis calculum solventibus agit, non ille valde credulus, nisi molles fuerint.

p. 355

CXI. J. HENRICI SCHULZE & G. LUD. JETZKE *de lithonriptico nuper in Britannia publici juris facto* Hall. 1739. Ex variis formulis medicamentum STÉPHANIÆ decerpit, examinat unde intus lithonriptica sperari possit, eam a saponem derivat, comparat cum curatione DIPPELIANA, & hanc febricitantibus atque debilibus,

bus,



- bus, illam robustis calculosis ægris convenire credit. p. 373
- CXII. LUD. MARIE POUSSE & Auctoris ANDRÉE CANTWEL quæstio in hæc verba *Ergo calculo vesicæ scalpellum semper necessarium* Paris 1742. plurimum experimentorum medicamento Stephanæo fecit vir clariss. & hic præter eruditam calculi historiam, propria experimenta feliciter a se ipso data calcis, & dissolutorum calculorum, quos catheter tetigerat, tum experimenta, quibus constitit, lixivium saponaceum, & urinam lithontriptica calcis vi imprægnatam, calculum humanæ vesicæ solvere, certe eum, qui mollior est & friabilis. p. 393
- CXIII. J. ALBERTI HAZON & PETRI JOSEPHI MACQUER thesis in hæc verba *Ergo in calculo renum & vesicæ pro natura calculi ætate & temperamento agrotantis remedium alcalino-saponaceum Anglicum* Paris 1742. De viribus hujus remedii inquirat, ad albos, flavos rubrosque, inque vesica natos calculos fatetur valere, negat contra renales, fuscis & nigris aliquid posse. Exempla etiam sanationum profert. p. 411
- CXIV. J. FRIDERICI SCHREIBER *de medicamento a J. Stephens contra calculum divulgato inefficaci & noxio* Epistola Gotting. 1744. Exemplum frustra susceptæ curationis, calculi in vesica post sumpta Stephanicæ medicamina superstitis descriptionem, objectiones contra potentiam, & salubritatem remediorum alcalinorum protulit. TAB. XXXI. p. 433
- CXV. HENRICI MEIBOMII Diss. *de Catheterismo* a FRANC. HENRICO GRUBELINS Helmstadii ann. 1699. defensa, erudita & bonæ frugis plena. Habet inter varias ischuriæ causas ruptum calculosum renem, hinc lotium in abdominis caveam effusum: inter remedia vero solum oleosum cum calore & tritu aliquo feliciter adhibitum. Inde mala percurrit, quæ catheterismum sibi poscunt, tunc catheteres varios, inter quos flexiles argenteos laudat, denique modum quo fistula in vesicam mittitur. p. 441
- CXVI. FRANCISCI MERY & CLAUD. JOSEPHI GENTIL thesis in hæc verba, *Ergo bubo veneris scirrhus absque cauterio curandus* Paris 1751. Balnea topica, argenti vivi usum interpolatum, ex eodem metallo inunctiones ad inguen ægrum, cum fide repetiti experimenti laudat auctor. p. 457
- CXVII. FRIDERICO HOFMANNO præside, cæterum auctore HENRICO BASS defensa, est disputatio *de fistula ani feliciter curanda* Hall. 1717. neque bene inter scripta Hofmanniana recusa. Medicamenta aliqua, per experimenta sibi commendata, laudat, instrumenta depicta dat, syringotomum & acum imprimis, crinali similem, argenteam, flexilemque. TAB. XXXII. p. 463
- CXVIII. LUDOVICI JOH. LE THIEULLIER & OLIVARII BOUGOURD thesis *Ergo dubio hepatis in abscessu præmittenda incidendi loci perforatio* Paris 1744. nempe quæ acu triquetra fit. Exemplum

plum adducit, in quo incisio abscessum hepatis non prodiderat; perforatio prodidit. Deinde aliud, in quo pro abscessu emphysema repertum est.

P A R T I S Q U I N T A E p. 481

M O R B I O S S I U M.

CXIX. LAUR. HEISTERI & J. GUIL. WIDMANNI Disp. de *genuum structura eorumque morbis* Helmstad 1744. Auctorem præ se fert cl. WIDMANNUM: verum cl. fœceri utique experientia, & consilia in hanc disputationem transferunt. Sanatam fracturam patellæ: luxationem ejus ossis certo visam, luxationem sursum factam: tibiæ luxationem perfectam retrorsum factam; vulnerum in genu summe periculosa & sæpissime funestam indolem, mortes ex levibus ejusmodi infortuniis; necessariam ad vulnera sclopetaria amputationem femoris: conjecturam denique de qua aliqua addere visum est. In aneurysmatibus popliteæ arteriæ suadet HEISTERUS, eam arteriam, perinde ut in brachio humeralem, vinculo intercipere, spe sustentatus, fore etiam ibi, aut divisum aliquando ejus arteriæ truncum, aut certe laterales ramos, necessarium ad pedem sanguinis comiteum porro vecturos. Sed truncum quidem nos nunquam divisum vidimus. Rami laterales vero varii, fere uti in humero, & æque ampli a crurali arteria, ad tibialem communem, atque anteriorem, & posteriorem, truncum descendunt. Deinde casum narrat, in quo certe vehemens suspicio incisæ aneurysmatis arteriæ popliteæ subest: aliumque, in quo caustico ea arteria, cum funesto omnino eventu, erosa fuit.

TAB. XXXIII. p. 489

CXX. WILH. HENRIC. MULLER De *Ancylofi*. Videtur BIDLOI vel opus esse, vel certe manum ejus viri accessisse. Delineat in manu ancylosin, periosteum ossium auditus confirmat. Aliqua de glandulis mucilaginosi disputat. Recte monet, ancylosin sæpe prodesse, imprimis in spina ventosa.

TAB. XXXIV. p. 539

CXXI. LAUR. ROBERG & ALEXANDRI RANIE, auctoris disp. de *pede marcescente & indurato* Upsal. 1718. Raram historiam ortæ ab erysipelate, siccæ gangrænæ, felici amputatione sublata, fideliter & simpliciter exponit.

TAB. XXXV. p. 549

CXXII. LAUR. ROBERG & ERICI VICTORIN Diff. de *ossibus tuberosis* Upsal. 1717. Elegans certe opusculum icones habet ossium carioforum & tuberosorum ad BROMELII & ZIERVOGELII thesauros fabricatas; observationes de laminis ossium fibrisque, & de succo, quo ossa aluntur; de vi ramum suum emaciantem visci. Novas fibras generari memorabili argumento defendit, vasis nempe lacteo succo plenis, quæ post obstructionem mesenterii noviter nata sint.

TAB. XXXVI. N°. 1. 2. p. 561

F f f f

CXXIII.



CXXIII. LAUR. HEISTERI & J. GOTTLLOB STURMII, nostri olim auditoris, Disp. auctore STURMIO, de vulneribus osium rite curandis Helmstad. 1753. Comit. HENKELII, globo sclopetario per linguam & maxillam trajecti, grave vulnus curatum enarrat p. 573

F I N I S.

Avis au Relieur.

Il aura soin de placer la Preface après le Titre du Tom. IV.
Prefatio ponetur post titulum Tomi quarti.
Mann muss die Vorrede nach dem Titel des Vierten Theils setzen.

[Faint, mirrored bleed-through text from the reverse side of the page, including titles like 'Avis au Relieur' and 'Mann muss die Vorrede...' repeated.]





fig. 1.



fig. 2.



fig. 3.



fig. 4.



Disp. Chirurg. Tom. IV. ABRAH. VATER OBS. DE CALCULO.
pag. 10.